

De Negligentiis.

- 37 Canonici in Capitulo se habent tamquam Juges, qui tenentur proferre suam sententiam, quando cuncta sunt disposita.
- 38 Actus inutilis non est, dum exonerant conscientiam suam.
- 39 Votum etiam Junioris Canonici potest ceteros monere, ut Daniel, qui Junior, omnes Juges, & populum movit.
- 40 Nec timendum, de incurrendo odio, si modestè afferatur.
- 41 Negligentia Canonici potest esse tanta, in non obediendo suo Prelato, ut mereatur deponti, vel excommunicari.
- 42 Canonici non debent contemnere hoc negligentiæ crimen, quia valde pernitosum evadit, proprius malum exemplum.
- 43 Canonicus, qui neglit interesse dñini officii in Choro, non lucratur distributione.
- 44 Negligentia culpatur, si non emittat professionem fidei, infra duos menses, à die captæ possessionis pacifica, nec facit fructus suos.
- 45 Coadiutor tamen Canonici, non tenetur ea legi, quia nundum assequutus est beneficium.
- 46 Professio fidei, potest a Canonicis fieri, per procuratorum.
- 47 Negligentia Procuratoris in emittenda fidei professione nocet, Canonicis mandanti, secundum aliquos.
- 48 Contrarium verius, quod non noceat.
- 49 Negligentia in emittenda fidei professione, est culpa mortalis.
- 50 Negligentia Canonorum, in associando, vel eundo obviā Episcopo accedenti ad Ecclesiam, est culpabilis.
- 51 Tenentur Canonici, speciali modo, sacrarum scripturarum intelligentiam per vestigare.
- 52 Coadiutoris negligentia, prajudicat Coadiuto, & Ecclesiæ servitio.
- 53 Si Coadiutor sit Pauper, nec dedit fidei jussorem, & negligat interesse dñini officii, propter interesse. Coadiutor, monendus est, sibi pœna privationis.
- 54 Si vero Coadiutor sit dives, vel habeat idoneum fidei jussorem, tunc si non propter interesse coadiuti, saltem propter servitium Ecclesie, monendus est, ut intersit dñini officii, sub pœna privationis.
- 55 Propterea debet infra annum promoveri ordinem sua præbenda, ut in eo, Ecclesia inserviat.
- 56 Si Coadiutor infra annum, non promoveatur
- ad ordinem sue præbenda, amittit mediocritatem distributionum, & de suo tenetur reficere Coadiutum.
- 57 Nec suffragatur, quod Coadiutus ipse sit in ordine sue Præbenda.
- 58 Nec relevaret impedimentum, quod ipse Coadiutor posset tollere.
- 59 Qualiter Coadiutor possit cedere, & renuntiare Coadiutorie.
- 60 Canonici ad consilium vocati, ab Episcopo, non debent simulare, aut dissimulare.
- 61 Consiliarius simulans, aut dissimulans, proditor est, in præjudicium Principis potenteris consilium.
- 62 Tenentur Consiliarii studere, & memorie commendare, quæ faciunt pro recto ferendo consilio; nec ad proprium interesse recipere.
- 63 Negligentia culparentur Canonici in capitulo congregati, si omitterent invocationem Spiritu Sancti.
- 64 Sicuti, si omitterent gratiarum actionem, in fine actionis Capitularis.
- 65 Canonicus Pænitentiarius tenetur scire, quæ necessaria sunt ad suum munus recte administrandum, nec sufficit, quod sit Doctoratus, nisi etiam re vera sit doctus.
- 66 Non debet recusare audire penitentium confessiones, dum ad hoc est Institutus.
- 67 Nec debet acceptare Officium Capitulare impeditivum sui muneric.
- 68 Canonicus Pænitentiarius, non debet abesse co tempore, quo penitentes fideles, solent frequentius ad Sacraenta, accedere.
- 69 Canonicus Pænitentiarius in administratione Sacramenti Pænitentiae supplet, Vices Episcopi.
- 70 Canonicus Theologus speciali, & diligentiori modo, debet incumbere ad studium Sacrarum Scripturarum.
- 71 Studium Sacrae Theologiae, tres habet partes; prima est in Sacra pagina; secunda in Sacris speculationibus; tertia in moralibus.
- 72 Canonicus Theologus tenetur publicè legere, & docere toto tempore, quo secundum consuetudinem loci, & prescriptum Decretorum Synodalium invenitur dispositum; omissione autem notabilis, erit culpa gravis, nisi excusat exceptione.
- 73 Canonicus Theologus, ut doceat, & suadeat ceteros, debet ipse se ostendere justitiae, & honestatis amantem, verbis, & factis.

Pars Secunda. Artic. VII.

133

ARTICULUS VII.

De Negligentia Canonorum.

- C**anonici, qui dicuntur à Canone, id est regula, vel Statuto, c. i. dist. 3., eo quod in primitiva Ecclesia, omnes Canonici, cum suo Episcopo, sub certa regula, mensaque communis vivebant, ad sex. in c. dilectissimi 12. q. 1., strictiori Jure, consequenter tenentur diligenter Sacros Canones, ritus, & regulas observare, ex qua obligatione majori, sequitur, quod omissione, & negligentia in eis, gravior erit culpa, quam in ceteris de Clero; tanto magis, quia Canonorum mores præ oculis Clericorum positi, ceteros trahunt in exemplum; Lother. de re benefic. lib. 1. q. 19. nn. 2., quod & Concilium Trid. sess. 24. c. 12. de reformat. expressit per hæc verba (cum dignitates in Ecclesiis præsertim Cathedralibus ad conservandam, augendamque ecclesiasticam disciplinam, fuerint instituta, ut qui eas obtinerent, pietate præcellerent, aliisque exemplo essent, atque Episcopos opera, & officio, juarent.)
- 2 Quæstio satis, inter D.D., agitata est, an Canonici in Choro teneantur psallere canendo, vel potius ad lucrandas distributiones, sufficiat eos esse præsentes Choro; nec defuerunt, qui scripserint, sufficere eorum præsentiam, etiam si non psallant; immo etiam lucrari, licet præsentes in Choro, dum cantantur horæ canonicae, ipsi dormiant, confabulentur, vel similia peragant, quia per solam præsentiam autorizant, & cohonestant Chorum, ita D.D. allegati per Diana p. x. tract. 13. resol. x. in principio, & per Barbosam de Canonicis, & dignitatibus c. 34. num. 10., ubi nn. 12., quod hæc sententia, saltem posset retineri, ubi esset introducta consuetudo non canendi, sed solum interesseandi.
- 3 Verum, ex communiori, & veriori sententia, Canonici negligentes psallere, & canere in Choro, peccant, & distributiones amittunt, ut benè notavit Barbosa supr. n. 9. 13., Diana d. resol. x. V. sed si stando, ubi post plures Doctores allegatos, benè advertit, quod Præfectus Chori, dissimulans hu-
- justimodi defectum, & negligentiam, fit omnium peccatorum reus; sicut Nautæ tribuitur subversio navis, & Præfectus non monendo Canonicos, & beneficiatos, ut cantent, peccat mortaliter, unde, & ejusdem negligentia, in hoc, mortaliter est, Raguz. de officio Canonorum in Choro q. 20. num. 3., immo quod Præfectus Chori, in prædictis negligens, & qui non præcipit, non canentes punctari, tenetur reficere bursæ communis, distributiones, quas illi non canentes, lucrati sunt, & similiter confabulantes, & dormientes, quod negat Pasqualig. decif. moral. 84., quia ab eo non provenit, quod illi, iustæ distributiones recipient.
- Ex quibus clarè colligitur, quale peccatum sit negligentia, Præfecti Chori.
- 4 Notat tamen Pasqualig. in decif. moral. decif. 82., quod in iis casibus, Præfectus Chori, tenetur corrigere defectus, sed non punire, unde pœnam non tenetur imponere.
- 5 In Clem. Vnica de celebrat. Missarum, inter plura delicta ibi enumerata, & à negligentia Prælatorum non correcta, ponitur Canonorum negligentia, in non recitando horas canonicas, horis debitibus, potissimum participando, id est in §. ne igitur, decernitur ibi, nec non ut in Cathedralibus, Regularibus, & Collegiatis Ecclesiis, horis debitibus devotè psallatur; hora autem debita singularum horarum, quæ traditur in Ecclesia occidentali à Divo Hyeronimo fuisse assignata, est, ut Matutinum ante aurorā recitetur, id est denominated (nocturnum) quia noctis tempore debet recitari; prima verò hora prima post ortum Solis, sic tertia, & sexta respectivè; nona verò in meridiè; vespere declinante jam die; completorium verò in sero; quæ horarum divisio, & assignatio consuetudine fuit in Ecclesia recepta; qua propter, quando canones decernunt divinum officium, horis debitibus recitandum, talem consuetudinem supponunt, & approbant; negligere autem hujusmodi horarum observantiam, omissione culpabilis est, de qua narrat B. Petrus Damianus, quod Sanctus Severinus Coloniensis.

loniensis Archiepiscopus, revelaverit cui-dam Canonico Coloniensi, se post mortem, in flumine, per certum tempus, detentum, loco Purgatorii, gravibus afflictus cruciati-bus, eo quia plures neglexerat, statutis horis, officium divinum recitare, ob gravia ne-gotia, quæ in Cœſaris Curia, sibi incumbe-bant gerenda; quæ causa in horrendo Dei Judicio ſufficientem, non praetitit evaſionem. Ambigit tamen Baronius in adnota-tionibus ad Martirologium die 23. Octobris in V. Severini Epifcopi, an Petrus Damianus, loquatur de S. Severino Collonien., vel de alio, propter temporum diſtantiam; & de quodam Heremita, qui ſingulis diebus, ab Angelo, fruſtum panis, & vuæ racemum, pro alimonia recipiebat, narratur, quod dum divinum officium, debitibus horis recita-ret, Vuam dulcem, perfectèque maturā, ſi anticipatè, acerbam, & immaturam, ſi poſticipatè, vuam, recipere, marcescentem, inculpabilis, negligentia, pœnam; & ego no-vi Eminentissimum Cardinalem Ferrariae legatum, qui noſcens ſe pluribus, regiminis, impedi-mentis, detineri, ne horis debitibus, & diſtributis, horas canonicas recitaret, ad hāc culpam evitandam, ab Innocentio Papa XI., facultatem, officium recitandi, hora ſibi co-modam, petiit, & diſpensationem, à tempo-riſ circumſtantia, reportavit, quod conſcienc-ia reſtitudinem, ſignificat.

6 Quæ oſtendunt, non ſolum in Choro, ſed etiam in privata recitatione, temporis cir-cumſtantiam, obligare, licet benè Sanchez. in opusculis lib. 7. c. 2. dub. 35. num. 3. notet, quod cum hæc temporis circumſtantia, ſit juris humani, potuit contraria, vel diverſa conſuetudine mutari, maximè ſi conſue-tudo, & uſus locorum, rationabili cauſa inducatur; quarè negligentia culpam non incurrit, qui in recitandis horis canonicas, horas, locali conſuetudine approbatas, ſer-vabit.

7 Quærendum tamen adhuc; an ubi quis negligens in eo ſit, lethali, aut veniali la-be culpetur? & non eſſe mortale, notat Barboſa in c. 1. de celebrat. Miffarum nu. 7., Sanchez. loco ſupra citato dub. 36. n. 11, quod habet locum maximè, in privata recitatione, de qua, non inducta ſit conſuetudo, ſicuti in publica, & Chorali; eſſe verò ve-niale exiſtimat, Sanchez. ſupra num. 2. poſt plures allegatos, quoiescere iusta cauſa, re-

citetur divinum officium, non ſervatis de-bitibus horis, & rationem affigat, quia in Clem. 1. de celebrat. Miffarum, & c. 1. eod. tit. præcipitur, ut debitibus horis recitetur; igitur his horis non ſervatis, committitur quædam deordinatio, & deviatio à recta regula, data per legem, & conſequenter aliquale peccatum, ſicque ſaltem veniale, quod de officio, publicè in Ecclesia, recitan-do, tranſit fine diſcultate; at de officio pri-vatim à singularibus recitando, ceſſat fun-damentum allatum, nam Clement. 1. de ce-lebrat. Miffarum, loquitur expreſſe, de offi-cio recitando in Ecclesiis Cathedralibus, Regularibus, & Collegiatis, c. 1. de cele-brat. Miffarum, loquitur etiam expreſſe de offi-cio publicè recitando, ibi aut à ſe, aut à ſcholaribus, publicè compleantur, horis co-potentibus, & gloſ. in V. Competentibus no-tat, id est signatis campanis, vel alio ſigno; & hoc ut populus poſſit convenire; igitur hæ leges, non loquuntur de recitatione pri-vata, & conſequenter non erit aliqua de-or-dinatio, ſi non recitetur privatim officium, iis ſervatis temporibus; tum quia (ut ſu-pra notatum eſt) tota illa horarum diſtin-ctio, à conſuetudine inducta fuit, non vi-detur autem conſuetudine iſta amplecti pri-vatam recitationem, & ex hoc capite, Bonacina cum D. D. allegatis de boris can. disp. 1. q. 3. p. 3. ſub num. 8. Vers. Mibi dicendum videtur à culpa veniali excusat; hinc ad caſus de B. Severino, & Heremita, facilè di-ci potest, conſuetudinem fuſſe diversam, à noſtris regionibus, iis locis, & temporibus, alias reſponſiones, vide apud Azorium p. 1. lib. x. c. 9. q. 3.

8 Qui verò Canonici, in Choro dormitant, aliisque modis, negligentius adſtant, non paſſallunt, eò gravius peccant, ut de Mo-naco dormienti, à Christo Domino percuſſo, qui poſt tres dies expiravit, narrat Joannes Petrus Crescen-tius lib. primo Preſidii Ro-mani, ubi de horis canonicas agit, & per-petuo eſſet præ oculis habendum Psal. 46., ubi plures repetitūr eſſe, paſſallendum, ubi: Psallite Deo noſtro paſſallite, paſſallite Regi noſtro paſſallite, quoniam Rex omniſ terræ Deus, paſſal-lite Sapienter, quia non præſentia tantum, ſed & voce canendum, non voce tantum, ſed corde, & attente, & sapienter: hinc gloſ. in c. cantantes diſtinc. 92., habet hæc duo carmina.

Non

Non vox, ſed votum, non cordula muſica, ſed cor,
Non clamans, ſed amans, cantat in au-re Dei.

Ne Christus conqvaratur ſicuti, Mathei c. 15. Populus hic labii me honorat, cor autem eorum, longè eſt à me.

9 Elec-tus in Canonicum, non habens ordi-nem, ſuo muneri requiſitum, juxta Decre-tum Trid. ſes. 22. c. 4., & ſes. 24. c. 12. de reform., ſi negligat ordinem iſum ſuſcipere in ſra annum, in plures incidit pœnas, juxta tex. in Clem. ut iſ de etate, & qualita-te ord. &c. conſirmatum à Trid. ſupra cita-to. Barboſa de Canonicis c. 16. num. 1. Pri-mò peccat mortaliter, Antonell. de regimen. Ecc. lib. 3. c. 5. num. 48., quia eſt negligens in re gravi, à Trid. po-tiſſimum urgen-tiori decreto, diſpoſita. Secundò, non ha-bet vocem in Capitulo, non modò deciſi-va, ſed neque conſultiva; immò neque po-teſt ſedere in Capitulo, ut refert de-ciſum, Garzias de benef. p. 3. c. 4. nu. 25., deinde amittit dimidiā partem diſtri-butionum, quas aliás lucraretur, ſi eſt in ordine ſuæ præbendæ, non obſtantibus con-fuetudinibus, vel ſtatutis, Moneta de diſtrib. p. 2. q. 19. num. 5., de quibus autem diſtri-butionibus intelligatur, in hoc caſu priva-tionis, poſt Monetam, Garziam, alioſque, de-clarat Barboſa ad dictum c. 4. Trid. nu. 22., ubi nu. 23., quod Canonicus negligentis, non privatur ipſo jure Canonicatu, ſi in ſra annum non ſuſcep-erit ordinem ſuæ præbendæ, ſed debet moneri; monitus autem, ſi neque ordinem ſuſcipiat, ſed adhuc negligens perſeveret, tunc debet denuntiari pri-vatus, juxta declarationem Congr. al-lega-tam per Barboſam de Canonicis c. 16. nu. 10. in fine, & facit tex. in c. quæris à nobis de-estate, & qualitate ordine &c. Garzias de be-neſic. p. 3. c. 4. num. 10. 11.

Ad diſtinctiam Ecclesiārum Parochia-lium, quarum proviſus, ſi in ſra annum, à die captæ, pacifice poſſeſſionis, non ſuſcep-erit Sacrum, Præbiteratus, ordinem; in pœnam hujus negligentia, privatur, ipſo Jure, eodem benefitio, c. Cum in cunctis §. infeſtiora de elect. c. licet canon. de elect. in 6.

10 Non levis videtur diſcultas in caſu, quo alicui Canonicati eſſet adnexa cura ani-marum E. G. Archidiaconatui, vel Archi-præbiteratui &c. utrum ſeſilicet, in tali ca-

ſu, negligentis ſuſcipere ordinem Præbiteratus, in ſra annum, ſit ipſo Jure privatus Canonicatu, vel dignitate, quia videtur militare, eadem ratio cum Parochiali bene-fitio, propter adnexam curam animarum, ma-xime ſi principaliter eidem eſſet adne-xa; Verū neque in hoc caſu privari ipſo Jure, dixit Antonell. de regime Ecclesie lib. 3. c. 5. num. 43. per tex. in c. Cum in cunctis §. infeſtiora de elect. gloſ. in c. licet canon. , Vers. privatus de elect. in 6., Barboſa de offi-cio Parochi c. 5. num. 10., quia non eſt ſim-pliciter benefi-um Parochiale, de quo diſponunt c. licet canon. , c. Cum in cunctis ſu-pra citati, hinc, quod ad provisionem il-lius, non fit concursus, ſicuti in Patrochia-libus, ut poſt Sacram Congreg. idem Antonell. lib. 3. c. 12. num. 29.

11 Prædicta tamen ſemper intelliguntur, ju-sto impedimento ceſſante, ut relata decla ratione Sacræ Congreg., notat Garzias d. c. 4. num. 17., ea ratione, quia eæ pœ-næ imponuntur propter negligentiam; ne-gligens autem non eſt, qui juſto impedimen-to detinetur, putà inſirmitate, irregu-laritate, poſt ſuſceptum benefi-um, contra-cta, aliaque judicio prudentis diognocenda.

12 Caſu ergo, quo Canonicus negligentis ſuſcipere ordinem, ſuæ præbendæ adnexum, in ſra annum, Epifcopus debet, ſervatis ſer-vandis, & Juris ordine ſervato, procedere ad prædictas pœnas; utrum autem cum adjunctis in hoc caſu, vel fine, diſputat Garzias d. c. 4. num. 18., & ſeqq.

V O T U M.

13 Contigit dum hæc ſcriberem, quod in hac Cathedraли Ferrariae, vacaverint, Ar-chidiaconatus, tertia dignitas, & Decanatus, ſeptima dignitas; qui autem ob-tinuerunt, neglexerunt ſuſcipere ordines, adnexos ſuæ prebendas, nempe Diaconatum primæ, Sacerdotium alteræ; unde de pluribus dubitatum fuit; in noſtro Capitu-lo, & po-tiſſimum, an conſequi poſſent, quotidianaſ distributiones, intereſſendo di-viniſ officiis, in Choro; & po-tiſſima dubi-tandi ratio deſſumebat, ex Capitulari Sta-tuto cap. 10.; quo diſponitur, per hæc for-malia verba (quod Capitulares proviſi &c. Virtute bujus Statuti, moniti intelligentur, ut prius temporibus generalibus, eorum admisſio-nem,

nem, ex tunc immediate sequentibus, quibus in hac Civitate, seu illius Diœcesis facta fuerit generalis ordinatio, se ad ordines prædictos, promoveri faciant, & interim, ad lucrum distributionum quotidianarum, dictæ Ecclesie ressiderendo, & in ea divinis inserviendo, pro medietate dumtaxat admittantur, & dictis primis temporibus elapsis, ex tunc, qui, justo impedimento cessante, promoti non fuerint, ex iisdem distributionibus, nihil omnino percipient, & quidquid ab eis, eo anno distributionum, divinis interessendo, lucratum fuisset, amittatur, & id mensæ, communis accrescat, peninde, ac si dictis divinis, non interfueret, & careat tandem lucro dictarum distributionum, quo usque in Capitulo, fidem legitimè fecerit, de ordinibus Canonice susceptis, absque ulla, dictorum amissorum, recuperatione). hæc ex Statuto.

A die autem, qua, Archidiaconus legit, & juravit observantiam statutorum, & receptus fuit in Capitulum, habitæ sunt in hac Civitate, tres generales ordinationes; à die autem, qua Decanus similiter legit, & juravit statutorum observantiam, duæ habitæ sunt, in hac civitate, generales ordinationes; cumque elapsus sit annus, ab eorum receptione, videbatur dicendum, non debere recipere distributiones, neque pro medietate, etiam si Ecclesiæ inserviant, divinis interessendo, ex quo non fuerunt promoti, in iis generalibus ordinationibus, ad ordines, suæ præbendæ; nisi doceant, de legitimo impedimento, ut disponitur in statuto, in quo concordat Clem. Ut iij de Etatæ, qualit., & ordine præfic., & Trid. sess. 22. cap. 4. de reform., licet in pluribus aliis differant.

14 Et quidem primò differunt; quia Virtute Clementinæ, confirmatae à Concilio, Canonicæ à primo ingressu, usque, & per totum annum, interessendo divinis officiis, lucrantur integras distributiones, etiam si nondum promoti fuerint ad ordinem, suæ præbendæ adnexum, ut etiam notat Barbosa de Canonicis cap. 16. num. 10., statutum autem Capitulare, à primo ingressu, usque ad generalem ordinationem, in qua debent se promoveri facere, admittit Canonicos, qui non sunt in ordine suæ præbendæ, ad medietatem, dumtaxat, distributionum.

15 Secundò differunt, quia Clem., & Concilium, præcipiunt, ut promoveri se faciant, infra annum, nec coarctat ad generales

ordinationes, in Civitate, vel Diœcesi, habitas; Statutum verò coarctat ad generales ordinationes, in Civitate, vel Diœcesi, habitas, non quod prohibeat, extra Diœcесim, Ordines recipere, sed quod pœnas non imponat, nisi negligenti recipere ordines, dum ordinationes celebrantur in Civitate, vel Diœcesi, quia tunc crescit culpa.

16 Tertiò differunt, quia Clem., & Concilium, negligentem, suscipere ordinem infra annum, privant medietate distributionum, unde cum à primo ingressu, concesset integras, & per negligentiam subtrahat medietatem, adhuc interessendo, post annum poterit lucrari aliam medietatem; at ex Capitulari statuto; cum post generales ordines, subtrahat negligenti medietatem, iste remanet totaliter inhabilis, ad distributiones in totum, ex quo à primo ingressu admissus fuisset, ad lucrum medietatis dumtaxat; neque dubitari potest de Justitia hujus totalis privationis, quasi subtrahat alimenta, & videatur necare, l. necare 4. ff. de lib. agnoscere, solvit enim glos. in dicta Clem. Ut ii in Vers. pars diuidia, & post glossam Barbosa de Can. cap.

16. num. 14., hanc subtractionem, nullam iniuritiam, nullam iniquitatem involvere, quia Canonicus negligens, poterat sibi consulere, suscipiendo ordinem, & sic habere alimenta; quod si neglexit, imputet sibi, & perspicue tam Concilium, & Clem., quam statutum, omnimodam complectuntur æquitatem, dum dicunt (Justo impedimento cessante)

17 Et primo, ex prædictis Juribus insurge videbatur dubitatio; an dici possent leges pœnales, quæ requirerent, sententia Judicis imponentem pœnam, vel saltem declaratoriam, culpæ negligentis, & omittentis suscipere ordinem, quatenus nullum habuerit impedimentum; quæ discussio non inutilis videtur; dum si imponenda sit pœna, servandis servatis, hoc erat ab ordinario, faciendum, nec pena debetur nisi post sententiam, non solum in foro externo, sed etiam in foro conscientiæ, ut ex communi Theologorum sententia, docet Sanchez de matr. lib. 9. disp. 30. sub n. 1., ubi quod id sit verum, non solum in pœnis positivis, sed etiam privativis, vel si sint leges imponentes pœnam, latæ sententiaz,

tentiaz, adhuc requirebatur declaratoria, quæ ab ordinatio pariter est ferenda, citatis iis, qui habentur pro negligentibus, ad cognoscendum, an Justum habuerint impedimentum, & nos latius in prima parte art. 24. examinavimus.

18 Dictam pœnam, tam ex Clem., & Concilio, quam ex Statuto, esse latè sententiaz, clarè colligitur, ex particula, ex tunc, scilicet ex tunc, quo potuit, & debuit ordinem suscipere, & non suscepit, subtrahantur distributiones &c., quæ particula importat, latam sententiam Moneta de distrib. p. 3. q. 7. num. 35., & 37., Garzias de benef. p. 3. cap. 4. num. 12., Barbosa de dictionibus, dict. 118. num. 7.

19 Notando tamen, quod Statutum admittens, dumtaxat ad medietatem distributionum, Canonicum, qui non est in ordine suæ præbende, quo ad medietatem, quam ab ingressu non concedit, non potest dici pœnalis, eo quia canonicus ingrediens, sine tali ordine, non potest dici culpabilis; deficiente autem culpa, non potest habere rationem pœne, juxta ea quæ docet D. Thom. 2. 2. quest. 108. art. 4., Alphonsus de Castro de lege pœnali. lib. 1. cap. 3. cum pœna referatur ad culpam, cui debeat commensurari, l. sanctius 22. C. de pœnis can. non afferamus in fine 24. q. 1., Barbosa axioma 181. num. 1. 2.; ideo pro ea, prima medietate nulla est opus sententia, neque declaratoria, consideratis etiam Verbis statuti; non enim dicit, quod ea prima medietas subtrahatur, aut privetur, vel quid simile; sed dicit, quod Canonicus receptus, qui non est in ordine suæ præbendæ, admittatur dumtaxat ad medietatem distributionum, reputando eum inhabilem, pro prima medietate consequenda, eo modo quo, non habens primam tonsuram, de Jure est inhabilis ad consequendum beneficiū, non in pœnam, sed ex defectu qualitatis requisitæ, cap. ex litteris de transact. cap. 2. de Instit. , Garzias de benefic. p. 1. cap. 2. n. 28., & p. 7. cap. 1. num. 9., & facit solutio allata per Sanchez. ad simile diffic. de matr. lib. 3. disp. 4. num. 9., & eadem lib. disp. 17. n. 11., ubi quod, quando incapacitas provenit, ex defectu qualitatis, vel solemnitatis &c., tunc non est pœna.

20 Et si obiceretur, quod solus Pontifex, in beneficialibus, potest quem reddere inhabi-

bilem, propter summā potestatem Papæ, in beneficialibus, ad notata per Monetam de distribut. p. 3. quæst. 7. num. 72., & seqq., Cefsat tamen difficultas, tum ex approbatione statutorum, tum quia non agitur de inhabilitando ad beneficia, in quibus terminis loquitur Moneta, sed ad distributiones, de quibus Capitulum, potest leges sibi statuere, cum agatur de Juribus, ad favorem Canonorum dispositis, quibus posse sunt Canonici renuntiare, moderare, maturare, ad allegata per ejusdem Monetam de distrib. p. 2. q. 13. à num. 14., & seqq. num. 25., tum quia unusquisque Canonicus in ingressu, legit ista Capitularia statuta, & sciens, ac volens Jurat, & observare, unde consentit; Tum quia statutum hoc tendit, ad eundem finem, & effectum, ad quem Concilium, & Clem. præcitat, nempe ad inducendos provisos de Canonicatu, ut quæ primum suscipiant ordinem, adne xum suæ præbendæ, in quo inservire valent Ecclesiæ; quæ autem tendunt ad eundem finem, dicuntur conformari, & sibi invicem manus dare, ad allegata per Barbosam axioma 58. num. 10., & similia statuta esse valida, & observanda dixit Rotacoram Ottob. decis. 46. num. 3., & 13., quia condita sunt, pro bono regimine Ecclesiæ, & ad augendum Dei, & Ecclesiæ cultum, Cerro decis. 299. num. 4., Ottob. dicta decis. 46. num. 1.

21 Canonicus ergo admissus ad medietatem distributionum, ut privetur hac medietate, propter ordinem non susceptum, debet prius audiri, num aliquo justo impedimento detenus, ordinem non susciperit, tum ex Concilio, & Clementina, cum ex statuto, utroque enim dicitur (Justo impedimento cessante) & ad hoc requiritur declaratoria Ordinarii.

22 Audit ergo Domini prædicti, provisi de Archidiaconatu, & Decanatu, allegabant se justo impedimento detentos, ex quo in terminis statuti, juxta quod procedebat, & instabat Capitulum, solum tenentur recipere ordines, in generalibus Ordinacionibus, factis in hac Civitate, vel Diœcесi, & hoc post quam fuerint moniti, virtute hujus statuti, ut sunt verba transcripta prædicti cap. 10., nec dicuntur moniti, nisi post quam statuta legerint, & observare juraverint, quia talis lectura, habet vim moni.